


BIBLIOTEKA

Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVI 3093

MF







61

Instrument - V. e. Show ;  
weir.









4

# INAUGVRATIO

REVERENDISSIMI IN CHRISTO  
PATRIS, ET DOMINI DOMI-  
NI SAMVELIS MACZIE-  
IOVSKI, DEI GRATIA  
EPISCOPI CHELMEN-  
SIS, ET REGNI PO-  
LONIAE PROCAN-  
CELLARII,

KALENDIS FEBRVARI, ANNO,  
DOMINI, M, D, XXXX,

AUCTORE AVGVSTI-  
NO ROTVUNDO  
VELVNENSI,



Cracouia per Ioannem Helicz.

3 1/2

14.407





ОТНАШЕНІЕ  
XXXXX



Caracis per Johannem Holzer

XVI. Qu. 3093





Vo me priuato seruata Thalesia pudori  
Insuetum per iter rapis: insuetoque calore,  
Accendis gelido timidū de sanguine pectus:  
Tu ne Maceiouiū nostro vis carmine dici  
Cepit vt insignes modo Pōtificialis honores  
Pallæ, iam dudū tanto vir munere dignus,  
Quamuis florenti nondū maturus in auro:

Magna mones sed enim, nostris maiora lacertis,  
Sed tamen aggrediar dederis si in carmina vires,  
Vidi ego delectos Proceres, populūq; frequentem  
Cicum Pontifices, uidi, obstupuiq; uidendo:  
Sacra Maceiouiō magno celebrare fauore,  
Primitias sacri diuinū munus honoris,  
Vidi, nec vellem spectator inutilis esse,  
Quin veneranda canam sacri spectacula cœtus:  
Rauca licet nostrū viciet modulatio carmen,  
Sed tamen & coruos modulator curat Apollo.  
O vrinam tantum mea carmina posse liceret,  
Illa dies quantum caneretur, digna perenni  
(Si quis honor meritis est) que recolat ab auro,  
In qua iam magni conscendit limen honoris,  
Dona Maceiouis meritorum prima suorum.  
Hæc est illa dies qua Februa sacra Quirites  
Poscebant turpi ad lustranda piamina culpæ.  
Salue festa dies, vidisti prima decorū hunc  
Pontificē, sacra & gemmis radiāte corona  
Ornatū prælustre caput, sacramq; gerentem  
Pallam humero, magnum diuini insigne decoris.  
Fœlix Chelma, tuū rectorus Episcopus iste  
Templum, virtutū magna præuente caterua,

Fortuna



Fortuna comitante, viāq; regente fauore,  
Vngitur, & sacro de more sacatur oliuo,  
Hic est hic equidem cui nō deesse queratur  
Præsulis egregij (qualē Paulina requirunt  
Dogmata) virtutes: Momo mordatior ipso  
Sit, magis Iliaco vel Polydamante feuerus  
Censor, Aristoridē licet omnia lumina spectent,  
Irreprehensibilis regali vixit in aula,  
Sed cœlebs castam vixit sine cōiuge vitam,  
Sobrius, ornatus, prudenti corde, pudicus,  
Hospes & hospitibus, docuit qui sæpe fideli  
Ore deū, non uinolentus & acria miscens  
Bella, modestus, & atris nūquā litib9 ardēs,  
Nac priuata adeo quam publica munera fūct9,  
**Ergo Sigismundus REX** nostri gloria seclī,  
Relligionis amās, regali numine motus,  
(Magnos namq; viros afflari numine diuum, est  
Indubitata fides) talem sublimi in sede locauit,  
Sic fato poscente virū, & virtutibus istis,  
Et sic conuulsæ fidei poscente riuua,  
Hoc duce relligio primū ē suptura nitorē,  
Fallor, an hoc signāt quæ mystica sacra tulistis  
Laticix huic seruate pater frēs & amici,  
Aurati panes, simili vinumq; metallo  
Quod nulla viciū timet a rubigie. fulgēs?  
Quid tibi cū baculo curuū quē dextra gerebat,  
Quid Præsul Reuerende? pedū sed forte vocabāt,  
Agnosco, tu pastor eris, curabis ouile  
Christi, quod rabida petitur feritata luporū,  
Ex posita in solitis ecclesia sancta rapinis  
Comprimitur

Comprimitur, tot præteritis liberriã scœclis,  
 Schismaticis corrupta fides erroribus errat.  
 Hæresis, impietas, scelerũq; licentia passim  
 Contemptus sacri, Furor, atq; Audacia, Viscq;  
 Et multa antiquæ fidei corruptio regnat.  
 Hæc tibi mōstra manēt dextra superāda potenti,  
 Herculeas hæc claua manus modo naçta triũphum  
 Ducet, pugnabit cōstans et vincere fortis.  
 Vincet Busyrin, Diomedem. Geryonemque  
 Centauros, Antea, Cacus, Nesusq;, Lychamq;  
 Iamq; manu aggressus fortis primordia pugnae,  
 Eruta cū tenebris cariosi scripta libelli  
 Aedidit in lucem veteri cōcordia templo,  
 Quos Gamrate tuo rerũ dignissime præsul  
 Aedidit auspicio, clypeus pietatis vt essent,  
 Iis quoniam pietas recte defenditur armis,  
 Haud alijs, hæc sunt pugnacis bella Mineruæ,  
 Hac subito in durũ mutabitur ægide saxum,  
 Quisquis in illã hostis cōtraria lumina figet.  
 Macete vir hoc anio, in nostri seruate pericla  
 Temporis, a caulis rabiem pulsare ferarum,  
 Quæ tibi iter facient, & ad ornamenta futura  
 Militiæ grauioris, & ad præconia laudũ.  
 Hoc quæ te spectat soliũ in sublimè sacrari:  
 Promittit sibi de te cōcio tãta coronæ  
 Sarmaticæ, Reges nræ clarissima gentis  
 Gloria, vicinæque potens tutela salutis,  
 Et sacra sanctus cū maiestate senatus.  
 Ante alios omneis, quo nunc Crachouia gaudet  
 Præsule, Thomichj veterũque oblita dolorum:

Gamratu



Gantrat ūs p̄iceps, magno sub p̄ctore nutrit  
Spem, lætaque manu pagens diuina ministrat,  
Conceptisque sacrat verbis mysteria, lætus  
Tanto collega, propriæq; leuamine curæ,  
Lætus amicitia firmis quæ iuncta cohesit  
Officijs, maiore dehinc pietate colenda,  
Hoc sibi promittit læto pia turba boatu  
Conclamās, multos decus hoc bene cedat in ānos

**A**udiat hoc tandem placabilis ira parentis  
Aeterni, post tot multorū funera nuper  
Pastorū orbatī toties gregis, Audiet ille,  
Huncq; diu incolumē proprio seruabit ouili  
Insignē pietate virum, insignique modestum  
Ingenio, placidum, fortunæ iura potentem  
Vincere, nec Diuæ sua subdere colla superbæ,  
Quē res nō vnquā poterit mutare secundæ,  
Ingenio patriam eloquioque iuuare peritum,  
Consilij plenum, varijs atque vsibus aptum,  
Qui modo nutantī sua subdit robora regno,  
Supponens fortes humeros, onerique subintrās,  
Qualis in Athlantis cœlesti pondere fessi  
Dicitur Amphitryoniades venisse laborem,  
Non hoc fortunæ studeuit cōscendere culmen  
Vt multas glomeraret opes, segnique solutus  
Desidia, molles torperet turpiter annos,  
Quid querimus toties in sæcula nrā, proteruis  
Crimibus falsis, corrupto nulla manere  
Vsq; sincerae virtutis præmia mundo  
Si nihil attuleris, Restant ingētia restant  
Munera virtutis veræ, iustoque labori;

Est & adhuc

Est & adhuc virtus multo preciosior auro  
Ingeniūque, locus virtutī panditur omnis,  
Si vel ad occiduos, vel trās penetrarīt Iberos,  
Caucaſeas ue domos laceri tormenta Promethei  
Aut ad Hyperboreos vel areniuagos Garamātes,  
Sed paucos (iuſtis eſt hęc hęc digna querelis  
Nequitia) inuenias vera virtute decoros.

Ecce Maceiouiū ſola virtute parauit  
Hoc decus eximiū, nullis mercabile nūmis:  
Ambitūque alijs, nulla ambitione petendū  
Hoc onus in curas vigilandaque tēpora duxit,  
Ergo dau viuet ſummarum ad pondera rerū  
Propoſito tali, et ſic partū nactus honorem.

Non tam longa Deo noſtrarū cura reſeſſit.

Quas fortuna regat tanta caligine rerum,  
Vt celeri ſemper patiatur ſtamine rumpi,  
Inuideatque bonis vitā, toleretque nocētes,  
Aſpicit, & cauſas rerum cernitq; notatq;  
Et pobat, & damnat ſuſcepti muneris vſum,

Sic ſeptem periere viri Raguclida ſponſam  
Dum cupiunt ſpurca ſibi quiſque libidine duci,  
Soluſ cōiugij caſtū meditatus amorem,  
Ad genus et ſobolem caſte ſeruāda Tobias,  
Ordine ſerorū vidit ſua quina nepotū  
Pignora, auus ſœlix, maturis canus in annis,  
Certa fides, Deus hęc oculis Deus aſpicit aquis,  
Deprimīt vt viciū ſic contra exaltat honeſtū,  
Nec dubiū, rapidis nō ſpargimus omina ventis.  
Longa Maceiouiū numerabit tēpora vitæ.  
Euehet atque ſuū genus ad faſtigia rerum

Summarum



Summa ū, nō strabit iter super ardua scandens  
Ipse prior, semper merito cumulādus honore.  
Hoc quoque ( uera loquor uero narrata parenti )  
Prædixere patri fati oracula diuum,  
Forte puerperiū sub tempus ab ædibus absens  
Ignarus pater, occidū bis in æquora phœbū  
Viderat immersum, dederat nox altera somnos:  
Et (breuiter) uigilanda thoro iam mēbra leuabat,  
Cum stetit an̄ oculos humana maior imago  
Et fuit augusto faciem venerabilis ore,  
Ostendens digito prostratā in puluere turbā,  
Sic dicens, hodie natus tibi nascitur, istam  
Qui releuabit humo prostratā in puluere turbā,  
Non surrecturā nisi dextram porrigat illi  
Huic nomen Samuelis erit. Sic deinde locutus  
Nescio quis, pueri geniū nascētis amicū  
Quidam animā credūt sanctorum illius aurorum,  
Cum somno est tenues uelox dilapsus in auras,  
Sit mihi fas, cur nō? oracula promere somni,  
Vatibus hæc siquidem est sacris concessa potestas,  
Quippe sumus pars Phœbe rui non vltima templi,  
Ex adytisq; tuis quæ sit sententiā diuum  
Poscimus, & nobis facilis cortina recludit.  
Atq; adeo manifesta fides, nec querere lōgum est.  
Turba iacens veteri signat de stemmate gētem,  
Quæ quondam patiens belli tolerāsq; laborum,  
In clypeis vitulos virtutū in signia pinxit,  
Nunc ducibus spoliata suis (sic fata volebāt)  
Obscuris submersa iacet sine luce tenebris.  
Exerere incipiet caput assuescetq; leuari

In sublime

In sublime, gradus etiam ascensura supremos,  
Ille puer postquam incipiet percurrere summas  
Incipit ut: sedes, sumorum clarus honorum:  
Sic ubi sol melior graditur per cornua tauri,  
Cecropiae volucres, sese expandentibus alis,  
Ductores quacumque volat examina lato  
Conglomerant strepitu, ductaque feruntur in altum.

Eia age iam vituli iam surgite surgite Tauri,  
Tempus erit quo vos respublica poscet aratri,  
Teque adeo decus hoc gentis te praesule inibit  
Te Samuel praesul, veteris nova gloria gentis,  
Hoc a te expectat gentis latissima vestrae  
Nobilitas, hoc canities veneranda parentum  
Vtrorumque, huius magnae duo germina stirpis,  
Foelices ambo quate videre leuari  
In sublime decus solij, coramque ministras  
Admouere manus sacris, in vota precesque,  
In lachrymas, in gaudia summa soluti:  
Hoc a te expectat gentis spes altera vestrae  
Conspicui fratres, aula duo lumina in ista,  
Seu spectes docto pulchras in corpore dotes  
Seu decus ingenio lucens in corpore spectes.

Hoc quoque Pierio contactus numine maior  
Ingens militiae & Musarum gloria frater,  
Fatidico est iuuenis tibi vaticinatus ab ore,  
Crescite: cum cecinit: vitulis iam crescite tauris  
Gramina, iam bobus iam pascua lata patebunt,  
Fiet ne dubita quod ais, nec gramina solum  
Sed multas segetes plenis huberrima aristis  
Pascua vestra ferent; modo vos coniungite vestras

Cum populo



Cum populo spectate preces, & vota fidemq̄,  
Cum populo vestri celebrate celebra fratris  
Sacra, decus primum sacro diademate fulgens,  
Et facite hæc pateat non vobis pascua solum,  
Sed quid ego monitor? veluti vltro patencia si quis  
Ostia recludi tolliq̄ repagula clamet,  
Ridiculus monitor cura damnetur inani.  
Iamdudum ista patent (quis non videt illa patere?)  
Pascua pauperibus nullo discrimine multis?  
Et fame confecti saturi isto ex gramine surgunt,  
Nunquid & hoc qui nunc lycijs respondet Apollo  
Somnia (quæ nobis iam sunt recitata) parentis  
Prædixisse monet? sic me sic cerno moneri,  
Quos prostravit humi forti pede turpis egestas,  
Hos ista ex humili releuabit puluere dextra,  
Dextra Maceiouis, quæ non nisi sera senectus  
Auferat, atq̄ inopum tollat super athera clamor.

FINIS,











8105

          
3



